

## De beata uirgine

pia (mitis) id est suavis (et unica) id est sola (mater misericordie) scilicet exi-  
stens ad nos peccatores apud tuum filium. ¶ Pro declaratione termino-  
rum nota. Caliginosus a um est nomen adiectiuum deriuatum a nomine caligo  
quod idem est quod obscuritas. Sed desuper est aduerbium loci.

**Gaude Maria templum summe maiestatis. Gaude  
Maria speculum uirginitatis. Gaude lux et orna-  
mentum glorie. Gaude Maria lex et testamentum gratie.  
Gaude Maria que es vera spes veri gaudij.**

¶ Sic autor describit aliam sequentiam in qua reuocat ad memoria  
diuersa gaudia beate uirginis eam comendando ad eam postea petitione  
dirigendo. et he sunt due huius sequentie partes. Secunda est ibi. Gaude  
um sis nobis. Et dicit primo sic. ¶ (Maria) existens (templum) id est sa-  
crarium (summe maiestatis) id est omnipotentis dei. tu (gaude) id est le-  
tare. o Maria existens (speculum) id est candor (uirginitatis) id est uir-  
ginitas. tu (gaude) id est letare. o Maria existens (lux) id est splendor. et orna-  
mentum. i. decus (glorie) s. diuine (gaude) scilicet gaudio eterno. ¶ (ma-  
ria) existens (lex) i. instructio. et (testamentum gratie) gaude. i. letare. ¶  
(Maria que es vera spes veri gaudij) id est celestis gaudij. tu (gaude)  
id est letare.

**Gaudium sis nobis dulcis vultus filij**

**Salua nos et pserua per omnia secula seculorum Amen**

¶ Concludendo dirigit petitionem ad uirginem gloriosam dicens. tu (sis  
nobis) christianis (gaudij) i. solatio (vultus) i. faciei (dulcis filij) scilicet  
tui. o Maria tu (salua) i. saluos fac (nos) scilicet homines (et pserua) scilicet nos (p  
omnia secula seculorum) i. eternaliter (Amen) i. fiat. ¶ Notandum scribit  
primo Macha. vi. Effulsit sol in clipeos aureos et montes resplenderunt  
ab eis. In quibus verbis ad pformitatem huius sequentie beata uirgo co-  
mendatur dupliciter. Primo ratione electionis et dignitatis. quia mater dei.  
Secundo commendatur ex nobilitate. quia amicta veste humilitatis. Unde p-  
positio assumpta sic adaptatur proposito. Sol id est christus. effulsit. id est  
miracula operatus est. in clipeos aureos. id est virtutes beate uirginis ma-  
rie. et montes. i. patres parentes. resplenderunt. i. glorificati sunt. ab eis. i.  
de virtutibus quibus pmeruit duplicem dignitatem. scilicet filij sui pceptionem et etiam  
parentum glorificationem. ut bene patet ex eo. quia ex meritis beate uirginis festum  
beate Anne est institutum soleniter celebrandum. Unde beata uirgo inter omnes  
virtutes maxime habuit humilitatem. quia ipsa est que omnes pfirmat. unde Ber-  
nardus. ¶ felix humilitas penitentium. o beata spes penitentium. potens es  
apud potentem. que facile vincis inuincibilem. quocirca tremendum iudicem esse